

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ipocrisis q
cum fonte primo

Ypocrita per arroganciam deprauatus

Acutis uero angulis surgens carectum manu non carpitur quia, exasperatis per arrogantiam sensibus, de prauitate sua hypocrita corripit dedignatur. In flore suo manum carpentis incidit quia in laude hypocrita positus, ne hunc quisquam corripere audeat, asperitate sua protinus uitam corripientis secat. Sanctus namque non esse appetit, sed uocari; et cum fortasse corripitur quasi in opinionis gloria detruncatur.

paratior est mori quam corripit.

Deprehensum se in prauitate irascitur, loqui sibi redarguentem prohibet, quia uelut in occulto uulnere tactus dolet. Qualis imperitis innotuit, talis uult ab omnibus aestimari; et paratior mori quam corripit, redargutione deterior redditur, quia quasi dirae percussione aestimat iaculum, puritatis uerbum.

Gregorius ibidem (VIII. libro moralium).

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 8, 42 (CCSL 143, M. Adriaen ed., pp.433-4, ll.35-47).